persons are called myopes, or near-sighted, who see nothing accurately or clearly, unless it be brought close to the eye. This occurs from the rays of light being too much refracted, too soon collected into a focus, and again diverging from that focus, before they reach the retina; hence it is, that they paint an indistinct image upon it. A most common cause of this disorder is too great a convexity of the whole eye, or of either of its humours; as the cornea being too prominent, and too powerfully refracting the rays of light in their passage through the eye. This inconvenience, common to young people, is said sometimes to be alleviated in old age: this, however, is by no means a constant occurrence. When a disorder of this kind is first observed, it may in some degree be overcome by a habit of looking at distant

consuetudine res remotas contemplandi, oculosque a valde minutis et vicinis rebus cohibendi, quodammodo vinci, non secus ac contrario usu idem vitium acquiri, potest: nimirum, quia oculus quodammodo ad rerum, quas contemplatur, distantias sese accomodat (243). Vitrum concavum, quod radios plus facit dimanare priusquam in oculum incidant, simplicissimum est, et certissimum *Myopibus* auxilium.

249. *Presbyopes* vocantur, qui visum longum habent, vicinarum rerum confusum, remotiorum satis distinctum. Contrarias hoc vitium ac alterum agnoscit causas; oculum imprimis

test quodammodo vinci consuetudine contemplandi res remotas, que cohibendi oculos a valde minutis et vicinis rebus, non secus ac idem vitium (potest) acquiri contrario usû: nimirum, quia oculus quodammodo accommodat sese ad distantias rerum, quas contemplatur (243). Concavum vitrum, quod facit radios plus dimanare priusquam incidant in oculum, est simplicissimum et certissimùm auxilium Myopibus.

249. *(Illi) vocantur Presbyopes,*[36] *qui habent longum visum, confusum (visum) vicinarum rerum, (sed) satis distinctum (visum) remotiorum rerum. Hoc ac alterum vitium ag-*

objects, and keeping the eyes from those which are small and near, and in the same way the same disorder may be acquired, by an opposite use of it; for the eye accommodates itself, in a manner, to the distances of the objects which it contemplates (243). A concave glass, which makes the rays diverge more, before they fall on the eye, is the most simple and most certain auxiliary which can be afforded to the near-sighted.

249. They are called Presbyopes, who are long-sighted, whose vision of things that are near is indistinct, but sufficiently distinct of more distant objects.—This is subject to different causes from those of the former: amongst them is,

---

36. *Presbyopes*, derived from πρέσβυς, old, and ὤψ, the eye, on account of occurring most frequently to old persons.

nimis planum, quo spatium refringendis radiis non datur; hinc senibus, etiam iis qui florentibus annis bene viderant, malum familiare, ratione haud obscura, usu vitri convexi sublevari solet.

noscit varias causas: imprimis (unam causam, scilicet) oculum nimis planum, quo spatium non datur refringendis radiis: hinc, (hoc) malum familiare senibus, etiam iis qui bene viderant florentibus annis solet sublevari usû convexi vitri, haud obscurâ ratione.

250. *Hemeralopes* dicuntur, qui interdiu tantum, scilicet in vivada luce, vident; crepusculo vero, aut nocte, vel per lunam, vel per lucernas, pene vel penitus cæci sunt. Hujusmodi vitium, in quibusdam exemplis, oriri visum est a pupilla nimis contracta et rigida, neque sat lucis debilioris in oculum admittente;

250. (Illi homines) dicuntur Hemeralopes,[37] *qui vident tantùm interdiu, scilicet in vividâ luce; vero sunt penè vel penitùs cæci, crepusculo, aut nocte, vel per lunam, vel per lucernas. Vitiam hujusmodi est visum oriri, in quibusdam exemplis a nimis contractâ et rigidâ pupillâ, neque admittente sat debilioris lucis in oculum: au-*

particularly, an eye too flat; so that sufficient space is not afforded for refracting the rays; hence this disorder, which is so common to old persons, even in those whose sight had been good in the vigour of their age, is usually alleviated by the use of a convex glass, for reasons which are well known.

250. Those persons are called Hemeralopes, who see only during day-light, that is, by a powerful light; and they are almost or completely blind by twilight, by night, or moonlight, or by candle-light. A disorder of this kind has appeared to arise in some cases, from a too contracted and fixed pupil, not admitting sufficient of that fainter light into the eye; it has appeared to arise in others from loss of sensation

---

37. *Hemeralopes*, derived from ἡμέρα, a day, and ὤψ, an eye.

in aliis autem, a deficiente ipsius retinæ sensu; et aliis magis adhuc obscuris causis, veluti cum multos homines eodem tempore et loco prehenderit, quod interdum observatum est.

251. *Nyctalopes* dicuntur, qui noctu quam interdiu, hoc est, luce valde debili, quam vividiore, melius vident: rarum hominibus vitii genus, *retinæ* nimis sentienti, pupillæ nimis patulæ, ad debitam contractionem minus valenti, imputandum. Hujusmodi incommodum, sed leve et fugax, sanissimi etiam patiuntur, qui postquam diu in tenebris versati sunt, denuo ad lucem subito prodeunt.

tem (visum est oriri) in aliis (exemplis) a deficiente sensû ipsius retinæ; et causis adhuc magis obscuris, veluti cum prehenderit multos eodem tempore et loco, quod est observatum interdum.

251. *(Illi) dicuntur Nyctalopes,*[38] *qui melius vident noctu quam interdiu, hoc est, luce valde debili, quam vividiore (luce): (hoc) genus vitii rarum hominibus, (est) imputandum nimis sentienti retinæ, nimis patulæ pupillæ, minùs valenti ad debitam contractionem. Etiam sanissimi (homines) patiuntur incommodum hujusmodi, sed leve et fugax, qui postquam sunt diu versati in tenebris, denuò subito prodeunt ad lucem.*

of the retina itself, and from other causes still more obscure; as when it seizes many persons at the same time, which has sometimes been observed.

251. Those persons are called Nyctalopes, who see better by night than by day; that is, better by a weak, than by a more vivid light: this kind of disorder which is uncommon in man, is to be imputed to a too sensitive retina, to a pupil too much dilated, and less competent to its proper contraction. Even the most healthy persons are subject to inconvenience of this kind, which is slight and not permanent, who are long engaged in some dark place, and at length are exposed to a full light.

---

38. *Nyctalopes*, derived from νὺξ, the night, and ὤψ, the eye.

252. Sublinitur totius oculi interna superficies pigmento nigro, quod ad *choroideam* tunicam et *ligamenta ciliaria*, pertinet; hoc fortasse consilio, ut oculus perfectissima camera obscura fiat, et imago super *retinam* depicta accuratior evadat, nullis radiis reflexis corrupta. Constat tamen miseros esse quosdam, albos Æthiopes vulgo dictos, quibus *choroidea* rubra, non secus ac cunicilis albis, data est. Homines vero tali *choroidea* instructi interdiu parum vel nihil vident, noctu melius.

253. Animalia vero, quæ sub nocte prædam quærunt, genus felis, bubo, et similia, *chroideam* habent coloratam, splendentem, quæ radios lucis bene reflectit. Hoc

252. Interna superficies totius oculi sublinitur nigro pigmento, quod pertinet ad choroideam tunicam et ad ciliaria ligamenta: fortasse hoc consilio, ut oculus fiat perfectissima obscura camera, corrupta nullis reflexis radiis. Tamen constat esse quosdam miseros, vulgo dictos albos Æthiopes, quibus rubra choroidea est data, non secus ac (est data) albis cuniculis. Verò homines instructi tali choroidea vident parùm vel nihil interdiu (sed vident) melius noctu.

253. Verò animalia, quæ quærunt prædam sub nocte, (scilicet), genus felis, bubo, et similia, habent coloratam, splendentem choroideam, quæ bene reflectit radios lucis.

252. The inner surface of the whole eye is smeared over, with the pigmentum nigrum, or black pigment, which pertains to the choroid coat and ciliary processes ; perhaps with the intention, that the eye may become a most perfect camera obscura, which is corrupted by no reflected rays. Nevertheless, it is evident that certain unfortunate creatures, commonly called white Æthiopians, or Albinos, are supplied with a red choroid coat, in the same way as white rabbits. Persons supplied with such a choroid coat, see little or nothing during the day, but (far) better by night.

253. Animals that seek their prey by night, such as the cat and owl tribe, and the like, have a coloured shining choroid coat, which powerfully reflects the rays of light.

modo, ut quidam putant, visum parum distinctum, sed quæ ad prædam captandam sufficiat, etiam in tenebris, habent; quod tamen nondum bene explicatum est. His quoque animalibus pupilla datur mobilissima, a tenuissima vixque visibili rima, in magnum circulum, secundum lumen quod est, sese dilatans, et *retina*, ut videtur, valde sentiens. Quædam ex his animalibus, albi Æthiopis instar, fulgente sole minus vident. An omnibus par vitium est? Non videtur. An arctissima pupillæ contractione corrigitur, qua parum lucis in oculum admittitur? An credibile est plus minusve reflectere lucis *choroideam* ipsam, prout tali auxilio opus

Hoc modo, habent, ut quidam putant, parum distinctum visum, sed qui sufficiat ad captandam prædam, etiam (in) tenebris: quod tamen est nondum bene explicatum. Porro mobilissima pupilla datur his, dilatans sese, a tenuissimâ que vix visibile rimâ, in magnum circulum, secundum lumen quod est, et valdè sentiens retina, ut videtur, (datur). Quædam ex his animalibus, instar albi Æthiopis, minùs vident fulgente sole. An est par vitium omnibus? Non videtur. An (visus) corrigitur arctissimâ contractione pupillæ, quâ parum lucis admittitur in oculum? An est credibile choroideam ipsam reflectere plus ve minus lucis, prout sit opus tali auxilio,

In this way, some think they have rather indistinct vision, but sufficient to catch their prey, even in the dark: this, however, has not been well explained. They have likewise a very moveable pupil, which dilates itself from the thinnest and nearly invisible slit, into a large circle, according to the quantity of light (admitted), and as it appears (also) a very sentient retina. Some of these animals, like the white Æthiopian, see less perfectly by sunshine. Is there an equal defect in all of them? It does not appear so. Is the sight corrected by the very close contraction of the pupil, so that little light is admitted into the eye?—Or is it to be believed, that the choroid itself reflects more or less light, according as there is necessity for such assistance; and

sit, et facultatem illam lucem reflectendi pendere iterum a sanguinis in membranam vasculorum plenam influxu, quem animal quodammodo regat? Validior sanguinis motus, et ideo varii animi affectus, oculos omnium animalium, et hominis ipsius, splendescere facit: deficiens hebetat; penitus demum cessans eorum splendorem prorsus extinguit.

et illam facultatem reflectendi lucem, pendere iterum ab influxû sanguinis in membranam plenam vasculorum, quem (influxum) animal quodammodo regat? Validior motus sanguinis, et ideo varii affectus animi, facit splendescere oculos omnium animalium, et hominis ipsius; (motus) deficiens hebetat; (et motus sanguinis) demum cessans prorsùs extinguit splendorem eorum.

254. Multis et gravibus vitiis obnoxius est visus. Acuitur interdum ultra modum, ita ut æger vel nihil distincte videat, vel non sine magno dolore, pari ratione ac alii sensus, a generali corporis habitu nimis sentiente, a singulari cerebri statu, phreniticis, vel etiam

254. *Visus est obnoxius multis et gravibus vitiis. Interdum acuitur ultra modum, ita ut æger vel videat nihil distinctè vel non sine magno dolore, pari ratione ac alii sensus, (scilicet) a generali nimis sentiente habitû corporis, a singulari statû cerebri, familiari*

again, that that faculty of reflecting light depends upon the influx of blood into the vascular membrane, which the animal governs in some way? A more active motion of the blood, and, consequently, various affections of the mind, give brightness to the eyes of all animals, and of man himself: when the circulation is languid it dulls them; and when ceasing at last, it utterly destroys their splendour.

254. The sense of sight is obnoxious to many severe disorders.—Sometimes it is rendered immoderately acute, so that a patient either sees nothing distinctly, or with great pain, in the same manner as the other senses; namely, from a too sensitive general habit of body, or from the peculiar state of the brain, such as is common to phrenitic patients, or

aliis febricantibus, familiari, veluti inflammatione cerebri vel ejus membranarum; sæpius vero a conditione ipsius oculi, lucis impatientes fimus. Inflammatio tunicæ *adnatæ*, et partis anterioris *scleroticæ*, ad posteriores partes oculi serpere solet; et ideo ad *chroideam*, et *retinam* ipsam; hinc lucis impatientia, dolor, magnaque irritatio, delirium nonnunquam inducens vel augens.

255. Obtunditur sæpe visus, vel plane aboletur, ipsa ætate, cum ob oculum planiorem factum, aquoso humore non bene suppleto, et *cornea*, et *lente*, vel vitreo humore marcescentibus; tum quoque propter *corneam* siccam et obscuram factam, quod languenti sanguinis

phreniticis, vel etiam aliis febricitantibus, veluti in inflammatione cerebri vel membranarum ejus: verò fimus impatientes lucis a conditione oculi ipsius. Inflammatio tunicæ adnatæ et anterioris partis scleroticæ, solet serpere ad posteriores partes oculi; et ideo ad choroideam, et retinam ipsam: hinc impatientia lucis, dolor, que magna irritatio, nonnunquam inducens vel augens delirium.

255. *Visus sæpe obtunditur, vel plane aboletur, ætate ipsa, cum ob oculum factum planiorem, humore aquoso non bene suppleto, et corneá, et lente, vel vitreo humore marcescentibus; tum quoque propter corneam factam siccam et obscuram, quod est imputandum lan-*

those feverish in any other manner, as in inflammation of the brain, or its membranes; but we become intolerant of light, from the state of the eye itself. Inflammation of the conjunctiva and front part of the sclerotic, usually creeps along to the posterior parts of the eye; and, therefore, to the choroid coat and the retina itself: hence, the intolerance of light, the pain, and excessive irritation, which sometimes brings on delirium.

255. The sight is often weakened or completely destroyed by age itself, both on account of the eye becoming flatter by the aqueous humour not being well supplied, and the cornea, lens, or vitreous humour wasting away; as well as on account of the cornea becoming dry and opaque, which

motui imputandum est, et plurimis vasis minoribus obstructis, conclusis, excæcatis; tum propter *lentem* flavescentem, instar electri factam, et ipsam *retinam* minus sentientem. Nam omnem sensum senectus minuit.

256. Interdum visus prorsus aboletur, cerebro, nervo *optico*, vel *retina*, variis modis læsis, salva ipsius oculi fabrica. Hujusmodi vitium *amaurosis*, vel *gutta serena* vocatur: dilatata et immota pupilla, humoribus pellucidis manentibus, facile distinguendum; compressioni, congestioni sanguinis, stupori nervi fere tribuendum. Si pars tantum retinæ torpet, maculæ nigræ in rebus quas spectamus

guenti motui sanguinis, et plurimis minoribus vasis obstructis, conclusis (et) excæcatis; tum propter lentem, flavescentem, factam instar electri, et (propter) retinam ipsam minus sentientem. Nam senectus minuit omnem sensum.

256. *Interdum visus prorsus aboletur, cerebro, nervo optico vel retinâ, læsis variis modis, fabricâ oculi ipsius salvâ. Vitium hujusmodi vocatur amaurosis, vel gutta serena; facilè distinguendum, dilatatâ et immotâ pupillâ, humoribus manentibus pellucidis; fere tribuendum compressioni, congestioni sanguinis, (vel) stupori nervi. Si tantùm pars retinæ torpet, nigræ maculæ conspiciuntur in rebus, quas*

(circumstance) is to be imputed to a languid motion of the blood, and to many of the little vesssels being obstructed, closed, and choaked up: also, on account of the lens becoming yellow, like amber, and the retina itself being less sensitive, old age impairs every kind of sensation.

256. Sometimes the sight is quite lost, by the optic nerve or retina being injured in various ways, (yet) with the structure of the eye sound. A disease of this kind is called amaurosis, or gutta serena, easily to be distinguished by the dilated and fixed pupil, (and) by the humours of the eye remaining transparent; (it) is generally to be attributed to compression, sanguineous congestion, or stupor of the nerve. If part only of the retina be torpid, black specks are seen in the objects we look at; and muscæ volitantes, or flies dancing

conspiciuntur, et muscæ ante oculos volitantes, signum in febribus frequens, sed pessimum, et vix non lethale.

257. Visus porro haud raro aboletur partium quavis, per quas radii transire et refringi debent, obscura aut opaca facta; veluti si *cornea* maculis obsessa luci impervia evaserit; vel humor aquosus sanguine, sero, pure, corruptus fuerit; vel si *lens*, quod sæpe accidit, et *cataracta* dicitur, fuscum colorem adepta, vel humor vitreus simili modo corruptus, vel omnes denique oculi humores inflammatione, suppuratione, soluti, confusi, mixti, lucem vel non transmittant, vel parcius et inæqualiter transire sinant. Quo fit ut vel nulla, vel ob-

spectamus, et muscæ volitantes ante oculum, frequens sed pessimum, et vix non lethale signum in febribus.

257. Porro visus haud raro aboletur quâvis partium factâ obscurâ aut opacâ, per quas (partes) radii debent transire et refringi: veluti si cornea evaserit impervia luci, obsessa maculis: vel aquosus humor fuerit corruptus sanguine, sero, (vel) pure: vel si lens adepta fuscum colorem, quod sæpe accidit, et dicitur cataracta, vel vitreus humor corruptas simili modo, vel denique omnes humores oculi, soluti, confusi, (vel) mixti inflammatione, (vel) suppuratione, vel non transmittant lucem, vel sinant (illam) transire parcius et inæqualiter.

before the eyes, are a frequent, but very bad and nearly fatal symptom in fevers.

257. Moreover, the sight is not unfrequently lost, by obscuration or opacity of some of the parts, through which the rays ought to pass and be refracted: for instance, if the cornea becomes impervious to light, being crowded with specks; or the aqueous humour be corrupted with blood, serum, or pus; or if the lens has acquired a dark colour, which often happens, and is called cataract; or the vitreous humour be diseased in a similar manner; or, finally, all the humours of the eye being dissolved, confused, or mixed up together, either transmit no light, or allow it to pass more sparingly and unequally. Hence, either none, or an ob-

scura, distorta, imperfecta, et male colorata imago super *retinam* depingatur.

258. Impedimenta visus, quod ad oculum, externa, vitia scilicet palpebrarum partiumque vicinarum tumentium, concrescentium, inflammatarum, nulla explicatione egent: neque profecto ipsius sensus vitium est, si quis non viderit, nulla luce ad oculum admissa.

259. Depravatur visus aliquando, et res colore non suo, vel etiam, quod rarius accidit, figura et situ alienis, spectantur. Hoc fit si humores insolito colore tincti fuerint, ut in morbo regio fertur accidere, quod tamen valde dubium est, vel a sanguine ex propriis vasis

Quo fit, ut vel nulla, vel obscura, distorta, imperfecta, et male colorata imago depingatur super retinam.

258. *Externa impedimenta visûs, quod ad oculum, scilicet vitia palpebrarum que vicinarum partium, tumentium, concrescentum, (vel) inflammatarum egent nullâ explicatione: neque profectò est vitium ipsius sensûs, si quis non viderit, nullâ luce admissâ ad oculum.*

259. *Aliquando visus depravatur, et res spectantur colore non suo, vel alienis figurâ et sitû quod rariùs accidit. Hoc fit, si humores fuerint tincti insolito colore, ut fertur accidere in regio morbo, (quod tamen est valde dubium) vel a sanguine elapso ex propriis*

scure, distorted, imperfect, and badly coloured image is painted upon the retina.

258. The external obstructions of vision, in regard to the eye, such as diseases of the palpebræ and neighbouring parts, swollen, growing together, or inflamed, require no definition: nor, indeed, is there any disorder of the sense of sight, if a person does not see, when no light is admitted into the eye.

259. Vision is sometimes depraved, and objects are seen with colours not their own, or with other forms and situations, which seldom occurs. This takes place, if the humours be tinged with an unusual colour, as is said to occur in jaundice (which, however, is very doubtful); or from blood

elapso et cum aquoso humore mixto. Mira depravatio, vel defectus visus constans et perpetuus, in hominibus alioquin sanissimis, et bene videntibus, non semel observatus est; nempe, ut certos colores, viridem, exempli causa, a rubro, distinguere nequeant. Alia depravatio est, quum, nulla ad oculum admissa luce, scintillas, guttulas flammeas, aureas, colores varios conspicimus. Leve plerumque et fugax mali genus, constitutione corporis valde sentiente et mobili præditis familiare, a levi, ut videtur, impulsu in *retinam* oritur, arteriarum imprimis vehementius solito aut inordinante micantium: ab ipso digito oculum premente, clausis palpebris, circulus

vasis, et mixto cum aquosó humore. Mira depravatio, vel constans et perpetuus defectus visûs, est observatus non semel, in hominibus alioquin sanissimis et bene videntibus; nempe, ut nequeant distinguere certos colores, viridem causâ exempli, a rubro. Alia depravatio est, quum conspicimus, scintillas aureas flammeas guttulas, (vel) varios colores, nullâ luce admissa ad oculum. Plerumque leve, et fugax genus mali familiare, (illis) præditis valde sentiente et mobili constitutione corporis, oritur ut videtur a levi impulsû arteriarum in retinam, imprimis micantium vehementiùs solito, aut inordinate; flammeus circulus conspicitur, ab ipso digito premente ocu-

having escaped from its proper vessels, and mixed up with the aqueous humour. A surprising depravation, or constant and permanent defect of vision, is occasionally observed in persons in other respects healthy, and whose sight is good: namely, they cannot distinguish certain colours, for instance, green from red. There is another depravation, when we see sparks, gold-coloured fiery drops, or various colours, when no light is admitted into the eye. A slight, for the most part, and fleeting kind of disorder, common to persons endowed with a very sentient and mobile constitution, arises from a slight impulse of the arteries upon the retina, especially beating more powerfully than usual, or irregularly: a fiery circle is seen, by pressing a finger upon the eye, with

flammeus conspicitur. Par fortasse ratio est scintillæ, quam vident aliquando morbo comitiali laborantes, in immensum et splendidum jubar crescentem mox antequam convulsi corruant. Simile jubar se vidisse testantur homines, ad vitam reduces postquam strangulati, aut sub aquis mersi fuissent. Cohibita nimirum respiratione, venæ capitis sanguine turgentes, totum cerebrum, partesque nervosas quæ in capite sunt, feriunt, et comprimunt. Observantur porro istiusmodi scintillæ, haud secundo omine, ab iis quibus febre laborantibus phrenitis aut ferox delirium imminent; tum quoque ab iis quibus graviora capitis mala, paralysis, *apoplexia*, *epilepsia*,

lum; clausis palpebris. Fortasse est par ratio scintillæ, quam (illi) laborantes comitiali morbo aliquando vident, crescentem in immensum et splendidum jubar, mox antequam corruant convulsi. Homines testantur se vidisse simile jubar, (cum) reduces ad vitam postquam fuerint strangulati, aut (fuerint) mersi sub aquis. Nimirum respiratione cohibitâ, venæ capitis turgentes sanguine, feriunt et comprimunt totum cerebrum, que nervosas partes, quæ sunt in capite. Porro scintillæ istiusmodi observantur, haud secundo omine, ab iis laborantibus febre, quibus phrenitis aut ferox delirium imminent; tum quoque ab iis, quibus graviora mala capitis (scilicet) paralysis, apoplexia,

closed palpebræ. Perhaps there is the same reason for the spark which persons under an attack of epilepsy sometimes see, increasing to an immense and splendid beam, immediately before they fall into convulsions. Persons attest that they have seen a similar beam of light, when returning to life, after strangulation, or submersion in water. Respiration, indeed, being checked, the veins of the head, turgid with blood, strike and compress the whole brain and nervous parts within the head. Besides, sparks of that kind are observed as no favourable omen, by persons suffering from fever, or over whom phrenitis or violent delirium are impending, as well as by those in whom more important diseases of the head, as paralysis, apoplexy, or epilepsy, are at hand.

instant. An ipsis fibris nervosis *retinæ*, motum sponte concipientibus, perceptio lucis, ubi nulla lux est, recte tribuitur?

epilepsia instant. An perceptio lucis ubi est nulla lux, recte tribuitur nervosis fibris ipsis retinæ, sponte concipientibus motum.

260. Visus distinctus, sed falsus, rerum visibilium nimirum quæ non sunt, quod genus vitii, utcunque mirum et explanatu difficile videatur, non valde rarum est, læso cerebro, insaniæ, delirio, non oculo ullo modo laboranti, imputari debet.

260. *Distinctus visus, sed falsus, nimirum visibilium rerum, quæ non sunt, quod genus vitii, utcunque videatur mirum et difficile explanatu, est non valde rarum, debet imputari læso cerebro, insaniæ, delirio, non oculo laboranti ullo modo.*

261. Frequens visus vitium est oculorum distortio, quæ *strabismus* apud medicos vocatur. Strabo est, qui axes oculorum præter solitum obliquos habet, neque ad idem punctum directos. Hinc visus imper-

261. *Distortio oculorum, quæ vocatur strabismus apud medicos, est frequens vitium oculorum. (Ille) est strabo,*[39] *qui habet axes oculorum obliquos præter solitum, neque directos ad idem punctum. Hinc visus (est) imperfec-*

Is the perception of light, where there is no light, properly attributed to the nervous fibres of the retina, spontaneously receiving motion?

260. Distinct but false vision, of truly visible objects, which do not exist, is a kind of disorder, although it may be wonderful and difficult of explanation, is not very uncommon, and ought to be imputed to injury of the brain, insanity, or delirium, and not to the eye suffering in any other way.

261. A distortion of the eyes, which is called strabismus, amongst medical men, is a frequent disorder of the eyes. He is a strabo, who has the axes of the eyes unusually oblique, nor directed towards the same point. Hence the

---

39. *Strabo*, a squinting person; this word is derived from στρεβλος, distorted, and that again from στρεφω, I turn, or twist.

fectus, incertus, aliquando duplex, ideoque confusus, et sæpe ingens deformitas. Malum plerumque congenitum, haud raro conatibus, quos infans nondum conscius sui vitii, facit ad visum jucundiorem et accuratiorem reddendum, corrigitur. Idem, imitatione, quæ omnes homines, imprimis infantes, etiam inscios, multum regit, facillime discitur. Haud ita facile dediscitur.

tus, incertus, aliquando duplex, que ideo confusus, et sæpe (est) ingens deformitas. (Hoc) malum plerumque congenitum, corrigitur haud raro, conatibus, quos infans nondum conscius sui vitii, facit ad reddendum visum jucundiorem et accuratiorem. Idem facillimè discitur imitatione, quæ multum regit omnes homines, imprimis infantes etiam inscios. Dediscitur haud ita facilè.

262. Causam tanti vitii musculis oculorum sæpissime inesse verisimile est, qui male conformati, vel paralysi, rigiditate, contractione, corrupti, oculos ordinate et æqualiter regere nequeant.

262. *Est verisimile causam tanti vitii sæpissime inesse musculis oculorum, qui (musculi) male conformati, vel corrupti paralysi, rigiditate (aut) contractione nequeant regere oculos ordinate et æqualiter.*

263. Inducitur nonnun-

263. *Hoc vitium nonnun-*

sight is imperfect, uncertain, sometimes double, and therefore confused, and often there is great deformity. This evil, generally congenital, is frequently corrected by the attempts which an infant, unconscious of its defect, makes to render the vision more agreeable and accurate. This evil is acquired by imitation, which has considerable influence upon all persons, especially children, even ignorant of it.—It is unlearned not so easily.

262. It is probable that the cause of so great an evil, very often exists in the muscles of the eyes, which being badly formed, or attacked by paralysis, rigidity, or contraction, are unable to govern the eyes in a regular and equal manner.

263. This disorder is sometimes brought on by epilepsy,

quam hoc vitium *epilepsia*, in qua vehementissimæ omnium musculorum, et oculorum imprimis, convulsiones fiunt. Unde fortasse eorum distortiones et lacerationes, aut alia mala immedicabilia.

264. Morbos quosdam capitis, hydropem præsertim, nonnunquam comitatur. A magna vi capiti illata aliquando inducta est oculorum distortio; aliquando, sed rarissime, sine nota causa subito accedit.

265. Est vel alterius vel utriusque oculi: quorum distortio, major, minor, quaquaversum esse potest.

266. Sunt qui sibi persuaserunt malum nonnunquam oriri a vitio *retinarum*; veluti si solita earum puncta, centra scilicet, et

quam inducitur epilepsiâ, in quâ vehementissimæ convulsiones musculorum, et imprimis (illorum musculorum) oculorum fiunt, unde fortasse sunt distortiones aut lacerationes eorum, aut alia immedicabilia mala.

264. *Nonnunquam comitatur quosdam morbos capitis, præsertim hydropem. Aliquando distortio oculorum est inducta a magnâ vi illatâ capiti; aliquando sed rarissimè subitò accedit sine notâ causâ.*

265. *Est vel alterius vel utriusque oculi; distortio quorum, potest esse major, (vel) minor, quaquaversum.*

266. *Sunt (homines) qui persuaserunt sibi (hoc) malum nonnunquam oriri a vitio retinarum; veluti si solita puncta earum, scilicet*

in which the most violent convulsions of the muscles, and especially of those of the eyes, take place; whence, perhaps, the distortions and lacerations of them, and other irremediable evils.

264. It sometimes accompanies certain diseases of the head, especially dropsy. Sometimes distortion of the eyes is brought on by great force applied to the head: sometimes, but very seldom, it has come on without any known cause.

265. This (disorder) is of either or both eyes; the distortion of which may be greater or less in any direction.

266. There are persons who have persuaded themselves, that this disorder sometimes arises from disorder of the retinæ: for instance, when their usual points, that is, their

similiter quod ad centra posita, non consentiunt: contorsio enim ibi erit, ne visus duplex fiat. Hæc quoque videtur esse ratio quod eadem horrendum in modum augeatur, cum strabo rem prope oculum admovet, ut contempletur. Vel si centrum alterius aut utriusque retinæ parum vel nihil sentiret, ut videret homo, necesse foret ut oculos contorqueret: sic, verbi gratia, si nervus *opticus* non oblique oculum adiisset, sed centrum retinæ occupasset, omnes vel strabones fuissemus, vel duplicem habuissemus visum.

267. Sensum quendam molestissimum, quem vertiginem vocamus, medicis placuit ad visum referre, quamvis revera ad tactum,

centra, et similiter posita quod ad centra, non consentiunt: enim contorsio erit ibi, ne visus fiat duplex. Hæc quoque videtur esse ratio quod eadem augeatur in horrendum morbum, cum strabo admovet rem prope oculum, ut contempletur. Vel si centrum alterius aut utriusque retinæ sentiret parum vel nihil, foret necesse, ut homo contorqueret oculos, ut videret: sic, gratiâ verbi, si opticus nervus non adiisset oculum obliquè sed occupasset centrum retinæ, omnes fuissemus strabones, vel habuissemus duplicem visum.

267. *Placuit medicis referre ad visum, quendam molestissimum sensum, quem vocamus vertiginem, quamvis revera æque pertineat*

centres, and parts similarly situated relatively to their centres, do not correspond. This appears to be the reason why this is increased in a frightful manner, when a person who squints applies the object he is viewing near the eye. Or if the centre of the one or the other retina possessed little or no sensibility, it would be necessary that a person twisted his eyes, in order to see; so, for example, if the optic nerve had not entered the eye obliquely, but had occupied the centre of the retina, we should all have been subject to squinting, or have had double vision.

267. Some medical men have thought proper to refer to the sense of sight, a certain very troublesome sensation, which we call vertigo, although, in truth, it may as much

vel potius ad conscientiam, æque pertineat; neque enim in tenebris, neque clausis palpebris, malum fugatur.

268. Vertigo vocatur malum, siquando nosmetipsos et res vicinas, quamvis revera immotas, titubare, circumferri, tremere, vel ullo modo moveri, videre aut sentire credimus. Si gravior est vertigo, neque videre potest æger, præ caligine velut oculis obducta, neque firmiter incedere aut stare, quippe cui vires quæ artus regunt, deficiant. Vertiginem nausea solet comitari, alteraque alteram inducere.

269. Multorum et gravium quorundam morborum comes, et signum, et prænuncia observatur vertigo; *apoplexiæ*, *epilepsiæ*,

ad tactum, vel potiùs ad conscientiam: enim malum fugatur neque in tenebris, neque clausis palpebris.

268. *Malum vocatur vertigo, siquando credimus videre aut sentire nosmetipsos et res vicinas, quamvis revera remotas, titubare, circumferri aut tremere, vel moveri ullo modo. Si vertigo est gravior, æger neque potest videre, præ caligine velut obductá oculis, neque incedere aut stare firmiter, quippe cui vires quæ regunt artus, deficiant. Nausea solet comitari vertiginem, que altera (solet) inducere alteram.*

269. *Vertigo observatur comes, et signum, et prænuncia multorum et quorundam gravium morborum; (scilicet) apoplexiæ, epilepsiæ,*

appertain to touch, or rather to consciousness: for the disorder is not dispersed by darkness, nor by the palpebræ being closed.

268. That disorder is called vertigo, whenever we imagine that we see or feel that we ourselves and objects near us, although distant, stagger, are carried round, tremble, or are moved in any way. If vertigo be more intense, a patient can neither see, for the darkness, spread as it were over the eyes, nor walk or stand firmly, for, the powers which direct his limbs, fail. Nausea usually accompanies vertigo, and the one may bring on the other.

269. Vertigo is observed an attendant, symptom, and forerunner of many and certain severe diseases; such as

hysteriæ, sanguinis profluvii e naribus vel aliis partibus, mensium suppressorum, magna corporis plenitudinis, febrium, tum quas debilitas, tum quas auctus caput versus sanguinis impetus, comitatur. Vis quoque capiti illata, raro quæ ipsis oculis infertur vis, nisi quatenus totum caput afficiat, vertiginem inducit. Ingens et subita sanguinis aliorumque humorum jactura, debilitas, *syncope*, varii morbi intestinorum, ventriculi imprimis, venena multa in corpus admissa, *narcotica* præsertim, opium, et similia, et vinum, et omnis potus meracior, vertiginem inducere solent. Hinc

hysteriæ, profluvii sanguinis e naribus vel (ex) aliis partibus, suppressorum mensium, magnæ plenitudinis corporis, febrium, tum (earum) quas debilitas comitatur, tum (earum) quas auctus impetus sanguinis versus caput (comitatur). Quoque vis illata capiti, quæ vis raro infertur oculis ipsis, nisi quatenus afficiat totum caput, inducit vertiginem. Ingens et subita jactura sanguinis que aliorum humorum, debilitas, syncope, varii morbi intestinorum, imprimis ventriculi, multa venena admissa in corpus, præsertim narcotica, opium, et similia, et vinum, et omnis meracior[40] *potus solent*

apoplexy, epilepsy, hysteria, a discharge of blood from the nostrils, or other parts, suppressed menses, great fullness of the body, fevers, both such as are attended by great debility, and those attended with determination of blood to the head. Also force applied to the head, which force is seldom applied to the eye, except inasmuch as it affects the head generally, brings on vertigo. A great and sudden loss of blood and other fluids, debility, syncope, various diseases of the intestines, especially of the stomach, many poisons admitted into the body, particularly narcotics; (as) opium and the like, wine, and every kind of strong liquor, usually

---

40. *Meracior* literally means more pure, simple, unmixed or clean; but as it is so commonly connected with *vinum*, it is here intended to imply some strong, unmixed, spirituous liquor.

ebrietatis omnigenæ signum. Varii quoque motus inassuetis hominibus vertiginem creant: veluti rotatio capitis vel universi corporis, jactatio maritima, præsertim si navis parva, et mare turgidum, fuerint, et similia. In his et similibus exemplis, insoliti et inordinati motus sanguinis excitantur, et cum partibus nervosis quæ in capite sunt communicantur; vel hæ per consensum cum aliis partibus male affectæ, sensum confusum, quasi rotationis, dant.

270. Quin et ex animo, certa ratione affecto, veluti conspectu rotationis rapidæ, vel prærupti aquarum lapsus, vel præcipitii horrendi, vel etiam sine ullo visu a cogi-

inducere vertiginem. Hinc (vertigo est) signum omnigenæ ebrietatis. Quoque motus creant vertiginem (in) hominibus inassuetis: veluti rotatio capitis vel universi corporis, maritima jactatio, præsertim si navis fuerit parva, et mare (fuerit) turgidum, et similia. In his et similibus exemplis, insoliti et inordinati motus sanguinis excitantur, et communicantur cum nervosis partibus quæ sunt in capite; vel hæ male affectæ per consensum cum aliis partibus, dant confusum sensum, quasi rotationis.

270. *Quin vertigo aliquando oritur et ex animo, affecto certâ ratione, veluti conspectû rapidæ rotationis, vel prærupti lapsûs aquarum, vel horrendi præcipitii*

produce vertigo. Hence vertigo is a symptom of every kind of intoxication. Different motions produce vertigo in persons unaccustomed to them; as rotation of the head or body, tossing upon the sea, especially if the vessel be small and the sea rough, and the like.—In this, as in other instances, unusual and irregular motions of the blood are excited, and communicate with the nervous parts in the head; or these being disordered by sympathy with other parts, afford a confused sensation, like rotation.

270. Besides, vertigo sometimes arises from the mind being affected in a certain manner; as by the sight of rapid

tatione intensa et veloce, vertigo aliquando oritur.

271. Aliorum morborum plerumque comes et signum, nonnunquam tamen princeps vel solus vertigo morbus, per intervalla rediens, paulatim ingravescens, functiones animi pariter atque corporis impedit et labefacit: neque firmissimum et vividissimum *Swiftii* ingenium tanto malo potuit resistere.

vel etiam sine ullo visû, ab intensâ et veloce cogitatione.

271. *Vertigo plerumque comes et signum aliorum morborum, tamen nonnunquam princeps et solus morbus, rediens per intervalla, paulatim ingravescens, impedit et labefacit paritur functiones animi atque corporis: neque firmissimum et vividissimum ingenium Swiftii potuit resistere tanto malo.*

rotation, or a broken waterfall, or frightful precipice; or even without vision, from intense rapid thought.

271. Vertigo, the attendant and symptom of other diseases, and sometimes the principal and sole disease, recurring at intervals, and gradually increasing, equally impedes and wears away the functions both of mind and body; nor could the very powerful and vigorous mind of Swift resist so great a disorder.

Cap. X.—*De sensibus qui dicuntur interni, memoria, imaginatione, judicio; eorumque varietatibus et vitiis.*

272. Præter jam descriptos sensus, seu facultates, homo et alios possidet; qui ideo interni vocantur, quod sine impulsu vel ope externa suis fungantur muneribus; et organa quæ iis maxime inserviunt, interna, abdita, externis rebus inaccessa, propriis viribus agant.

273. Perceptio re externa excitata, sua natura fugax et peritura, brevi desinit: quod si eadem res organo denuo admota fuerit,

Cap. X.—*De sensibus, qui dicuntur interni, (scilicet) memoriâ, imaginatione, judicio; que (de) varietatibus et vitiis eorum.*

272. Præter *sensus et facultates jam descriptos, homo possidet et alios: qui ideo vocantur interni, quòd fungantur suis muneribus sine impulsû vel ope externâ; et (quòd) organa quæ subserviunt iis, (sunt) interna, abdita et inaccessa externis rebus, (et) agant propriis viribus.*

273. *Perceptio excitata externâ re, fugax et peritura suâ naturâ, desinit brevi; quod si eadem res fuerit denuo admota organo,*

Chap. X. *On the senses which are called internal; viz. memory, imagination, (and) judgment, and on their varieties and disorders.*

272. Besides the senses and faculties hitherto described, man possesses also others, which are called internal, because they perform their functions without external impulse or aid; and because the organs subservient to them are internal, hidden, and inaccessible to external objects, and act by powers peculiar to themselves.

273. The perception excited by an external object, fugitive and perishable by its nature, ceases in a short time; but if the same object be again applied to an organ, it not

non modo perceptionem renovat, sed homo simul pristini quem habuit sensus reminiscitur; novit, scilicet, se eundem antea habuisse.

274. Hæc prima et simplicissima memoriæ species primæ ætati contingit, quippe quam infans semestris ostendat, dum parentes aut nutricem agnoscit, ignotos homines declinat. Hæc facultas recordatio vocatur, distinctionis causa, et principium et fundamentum perfectioris memoriæ videtur esse.

275. Quin et nihil omnino ad organa sensuum externorum admoto, nullaque juvante externa causa, et internis sæpe causis parum

non modo renovat perceptionem, sed homo simul reminiscitur[41] *pristini sensûs, quem habuit; scilicet, novit se antea habuisse eundem (sensum).*

274. *Hæc prima et simplicissima species memoriæ contingit primæ ætati, quippe quam infans semestris ostendit, dum agnoscit parentes aut nutricem, (et) declinat ignotos homines. Hæc facultas vocatur recordatio, causâ distinctionis, et videtur esse principium et fundamentum perfectioris memoriæ.*

275. *Quin et omnino nihil admoto ad organa externorum sensuum, que nullâ causâ externâ adjuvante, et sæpe causis internis parum*

only renews the perception, but man recollects at the same time the primary sensation which he had; that is to say, he knows that he had the same sensation previously.

274. This primary and most simple kind of memory falls to the lot of the earliest age, such as an infant of six months old evinces, when he recognizes his parents or nurse, and shrinks from strangers: this faculty is called recollection, for the sake of distinction, and appears to be the beginning and foundation of more perfect memory.

275. Moreover, even if nothing at all be applied to the organs of the external senses, and no external cause assist, and often internal causes be little perceived, sensations felt

---

41. *Reminiscor*, to remember, governs a genitive, as well as an accusative case; as, *datæ fidei reminiscitur, reminiscitur pristini sensus.*

perspectis, sensus diu ante percepti, obliti, sopiti, homini invito nec opinanti renovantur, reviviscunt. Hujusmodi recordatio invita propius adhuc ad perfectam memoriam accedit.

276. Vera et optima memoria dicitur facultas illa, qua varias cogitationes præteritas, veluti sensus, perceptiones, &c. eodem quo fuerant receptæ ordine, ad arbitrium nostrum revocamus, detinemus, contemplamur, dimittimus.

